



14089.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
MEDICA,  
DE  
ERRORIBUS PRAECIPUIS,  
QUI CIRCA PATHOLOGIAM  
ET MEDELAM FEBRIUM  
NERVOSARUM COMMIT-  
TUNTUR,

QUAM,  
CONSENSU AMPLISSIMI MEDICORUM ORDINIS  
IN  
UNIVERSITATE LITERARUM CAESAREA  
DORPATENSI,

PRO  
GRADU DOCTORIS MEDICINAE  
QUO ANTE AB HOC MEDICORUM ORDINE IAM  
ORNATUS FUIT,  
UT LEGIBUS ACADEMICIS SATISFIAT, CONSCRIBIT ET ERUDITE  
RUM EXAMINI OFFERT,

AUCTOR:  
HENRICUS SAMUEL WOLFF,  
PETROPOLITANUS.

---

DORPATI.  
LITTAE J. C. SCHENMANNI  
MDCCCXIV.



**I m p r i m a t u r,**

ea quidem sub conditione, ut simulac dissertatio haec typis excusa sit et antequam divulgetur, septem exemplaria, quae secundum jussum supremum distribuenda sunt, administrationi Universitatis, cui censura librorum mandata est, tradantur.

Dorpati, die xxiv. Aug. MDCCLXXIV.

**Dr. Daniel Georgius Balk,**  
Pathologiae et Therapiae Professor publicus  
ordinarius, a Consiliis Collegiorum Russicis etc.  
**Censor.**

D18490

## Praefamen ad lecturos.

---

Cum mense Junii anni MDCCCXII examen rigorosum obibam, ut aditum ad dignitatem doctoris medicinae mihi aperirem, hanc, uti leges jubent academicae, edere dissertationem jam decreveram. Sed officina unica typographica, quae tunc temporis Dorpati floruit, numero typothetarum necessariorum, cum belli causa perigrinari nemo posset, tantum caruit in modum, ut vix decima earum pars, quae typis exscribenda erant, exscriberetur. Qua rerum angustia motus, cum insuper exercitus Russorum valde egebat medicis, ordo medicorum in Uni-

4

versate hac amplissimus ut mihi, sic et aliis veniam concessit, de thesibus medicis disputandi, injuncto tamen officio, ut dissertatio inauguralis paulo serius, mutatis relationum politicarum formis, nihilominus typis exscriberetur. Redierunt nunc, annuente Deo et duce Alexandro nostro immortalis, tempora meliora; officii mei memor, quae contraxi debita, solvo, cum scriptum hoc prelo prodire jubeo.

## Praemittuntur generalia.

---

**M**edicus quivis, hoc nomine venerando dignus et veritatis amicus, si negare iam non cupiet, pauca modo nobis esse in scitu, quae firma nituntur crepidine et extra omnem dubitationis aleam posita sint, eo magis concedet, ut omnia, quae de physiologia nervorum eorumque pathologia opinamur, non sint, nisi hypotheses pro lubitu fictae atque aegri vana somnia. Nonne enim cuivis fere decennio altera fuit functionum nervorum in statu sano et a norma decedente hypothesis atque explicandi ratio? Nonne theoriae a principibus medicorum omnis aevi omniumque gentium conditae ita sibi sunt invicem oppositae et contradictoriae, ut confiteri cogaris, neminem hucusque artificium naturae explorasse, quo in operationibus nervorum utitur. Nec desunt viri, ingenio, eruditione et experientia excellentes, qui eandem profiterentur sententiam. Non possum, quin iudicium

cl. M. Herz (a) de diagnosi et medela morborum nervorum hoc loco adferam: „Bei dieser Art Krankheiten, deren wahre Beschaffenheit wir noch so wenig kennen, deren Zufälle uns noch größtentheils unerklärbare Erscheinungen sind, glaube ich immer, kann, der sie beobachtet, nie zu genau, und der sie beschreibt, nie zu pünktlich seyn. Ein einziger, noch nie bemerkter oder nicht genug beachteter Umstand kann vielleicht gerade der wichtigste seyn, kann vielleicht zur richtigen Erkenntniß der Nervenübel und zur vernünftiger Heilart geradezu einen Aufschluß geben. Denn wer kann es vor der Hand noch zu bestimmen wagen, welcher Umstand bei diesen Krankheiten von Erheblichkeit ist oder nicht? welcher wesentliches Symptom sey, oder blos Zufälliges? Die zu unsern Zeiten am meisten angebaute Anatomie hat uns zur innigern Bekanntschaft mit den Nerven noch nicht um einen Schritt näher gebracht.“ (Triginta post Herzium annos quaerimonias repetamus, ut nec physica recentissima nec Chemia, nec utriusque superstructa Physiologia nostratum doctrinae de nervis in statu sano et morbo facem ullam praetulerit, A philosophia recentissima

a) Briefe an Aerzte. 1. Samml. Berl. 1784. 2. Aufl. S. 142 ff.

hoc artis incrementum nemo expectabit, cui tribus Anticyris non opus est). „Gewußt hat man es von jeher, daß es Theile in unserm Körper giebt, welche die einzigen Werkzeuge der Empfindung und Bewegung ausmachen; die Anatomie hat uns nur den Anfang, das Ende, die äußere Form dieser Theile, den Lauf, den sie nehmen, und die mannigfaltigen Verbindungen, in welchen sie zu einander stehen, gezeigt; aber was weiter? Von welcher innern Struktur sind diese Empfindungs- und Bewegungswerkzeuge? sind es bloß gespannte Fäden, die mittelst Schwingungen ihr Geschäft verrichten, oder sind es Kanäle, die einen Saft in sich führen, von dem Bewegung und Empfindung abhängt? Und dieser flüssige Stoff selbst, welcher Natur ist er, welche Beschaffenheit ist seinen Verrichtungen angemessen, welche zuwider? Ueber dies Alles urtheilen, muthmaßen und sprechen wir sehr viel; wir bedienen uns einer Menge Ausdrücke, womit wir die innere Beschaffenheit der Nerven bezeichnen; wir sprechen fleißig von Stärke, Schwäche, Anspannen, Erschlappen, Stumpfsen der Nerven u. s. w.: aber wer sieht nicht, daß dies bloß willkürliche Begriffe sind, die aus der Analogie von andern körperlichen Theilen, wenn sie als Vorwürfe

„der sinnlichen Empfindung betrachtet werden, „hier übertragen sind, und die vielleicht im „Grunde mit den Begriffen von der wahren Be- „schaffenheit der Nerven, nicht in so fern sie „Vorwürfe, sondern in so fern sie Werk- „zeuge der sinnlichen Empfindung sind, ganz „heterogen seyn mögen.“

„Daher kommt es, daß die Kunst fast bei „Heilung keiner Krankheit so sehr Empirie ist, „als bei den Nervenkrankheiten. Zwar wenn „sie symptomatisch, d. i. wenn sie Folgen von „den Fehlern andrer kennbaren Theile unsers „Körpers sind, so findet freilich eine vernünftige Kurart statt; wenn sie hingegen idiopa- „tisch sind, dann ist unsre Behandlungsart sehr „weit vom rationellen Verfahren entfernt, wir „müssen uns an gewisse Mittel wenden, von „denen wir blindlings vermuthen, daß sie heu- „te ihre Wirkung leisten werden, blos „weil sie dieselbe gestern geleistet ha- „ben.“

Neque aliam fovet opinionem nostratum princeps, cl. Reil, qui proh dolor! nuper morte praematura et arti, et scientiis et amicis eripiebatur. „Wenn das Nervensystem wirkt, „so geht in ihm selbst eine Veränderung her- „vor. Sonst ist die Verschiedenheit seiner „Phänomene in seinem ruhenden und thätigen

„Zustände nicht begreiflich. Warum jeder spezifisch eigenthümliche Körper seine eigenthümlichen Phänomene habe, davon können wir keine andre Rechenschaft geben, als daß es so ist, weil es so ist. Indessen können wir zur Zeit nichts weiter behaupten, als daß eine Veränderung, gleichzeitig mit seiner Wirkung, im Nervensysteme vorgehe. Worin sie besteht und wie sie bewerkstelligt werde, davon wissen wir nichts, weil uns seine Organisation und Mischung und der Einfluß des Gefäßsystems auf dasselbe unbekannt ist. Daher ist auch in Betracht dieses Gegenstandes die Physiologie arm an Wahrheiten und reich an Hypothesen.“ (b).

*Insuper addas, quaeso, ut temperies nervorum cum mixtione sua organica quovis momento indefesse mutetur, quod tot tantaque phaenomena vitae physicae et psychicae, sanae morbosaeve luculenter indicant. Tot impedimentis invincibilibus inunita nervorum pathologia nobis adhuc terra est incognita, cujus nondum ora habemus perspecta. Eadem e ratione Therapia horum organorum non est nisi empiria crassa, aut hypothesis ad arbitrium ficta, audax, periculi plena, qualem hypothesis in ar-*

b) Reil Üb. d. Erkenntn. u. Kur d. Fieber. IV. Bd. S. 19.

tis exercitio bonus avertat Deus, cum infinite praestat, empiriae providae suam commisisse sortem. Neque aliter res se habet cum morbis mentis et animi, qui vinculo affinitatis proximae morbis nervorum cohaerent, aut, docente Reilio (c), ab istis nulla ratione distant.

In tanta medicinae nostrae infirmitate tantisque ejus lacunis adhuc explendis quid vero medico ardentius potest esse in votis, quam ut omnes nervos intendat indefesseque eo allaboret, ut tenebras istas pro virium suarum tenuitate dispellat atque secreta natura exploret. Res quidem ardua sine dubio haec habenda est, sed naturae scrutatori cuilibet decet istud habere Horatianum pro symbolo suo: nil mortalibus arduum.

Duae patent methodi, eos ad perficiendam medicinam ducentes, qui hanc artem profitentur: alteram negativam vocare licebit; positivam alteram. Quarum prior, negativa, cognitionem veram, specialiozem et intimam earum nobis offert, quae ad detegendos errores, ad rite dijudicandam egestatem fallaciamque speciosam hypothesium infinitarum, nec non ad aestimationem accuratam detrimenti spectant, quod praxis medica ejusmodi ex erro-

ribus atque hypothésibus capere potest sexcentiesque iam cepit. Haec methodus alteri facilior, suavior, certior, contemplatione nititur et experientia nec non ad positivam ducit. Methodus positiva ratiocinio circumspécto, diligentissimo, acutissimo leges naturae expiscari allaborat, inventa aut potius extricata simul diligenter repetitis observationibus examinans, an semper calculum praebeant eundem, aut variabilem. Cum vero a medico juvene expectari non possit, in methodo positiva iam sit bene versatus, missa hac solum negativa utamur licebit, ut, quae ad objectum nostrum spectant, pauca adferamus.

---

## C a p u t I.

*De erroribus, qui in dijudicando et curando  
hydrope ventriculorum cerebri  
committuntur.*

Morbi hujus atrocissimi, cui aetas infantilis maxime est obnoxia, decursus tribus, ut constat, stadiis absolvitur: inflammatorio, hydropico, paralytico. Me quidem non fugit, stadium inflammatorium, huic morbo pathognomicum, a nonnul-

lis, quam maxime autem a nostro Wichmanno (d) esse negatum; quod e contrario Rush (e), Quin (f), Ludwig (g), J. P. Frank (h), Marcus (i), Hildenbrand (k) et praeceptor venerandus Balk in acuto ventriculorum cerebri hydrope semper adesse sua autoritate fideque adfirmant. Vasa oculi in hoc stadio sanguine turgentia et albugineam, quin corneam, colore laete rubicundo tingentia, carotidum pulsus acceleratus, functiones animae excitatae, loquacitas, photophobia, phthongodysphoria, somnia perquam vivacia, capitis dolor pungens, phantasmata rubra aut flammea oculos praeternatantia, congestionem et incarcerationem sanguinis in cerebri vasibus evidenter demonstrant; potissimum autem sectiones eorum, qui morbo acutissime saeviente jam septimo aut octavo die moriebantur, praesentiam inflammationis in ventriculis cerebri sat autopsia probarunt. Quodsi forte tamen miraberis, Macbride, Whytt, Wichmann aliique de

d) Ideen zur Diagnostik. 3. Th. §. 99.

e) Medic. inquir. and. observat. Vol. II.

f) On the dropsy of the Brain. Lond. 1790.

g) Diss. de hydrop. cerebr. pueror. Lips. 1774.

h) Epitom. de cur. hom. morb. Lib. II. pag. 47.

i) Handb. d. spec. Therap. I. Th., und Ephemerid. der Heilk. 1811.

k) Ueb. den ansteckend. Typhus.

existentia inflammationis praegressae in hydropè  
 isto dubitasse, nodum facile ita solves, ut, quia  
 stadium istud sensationes ingratæ raro comi-  
 tantur, rarissime medicus in auxilium advocatur  
 prius, quam incipiente jam stadio hydropico,  
 quod, si evolutum est, medelam eheu! omnem  
 recusat. Sed ipse Hopfengärtner (1), etsi  
 inter adversarios eorum, qui stadium inflamma-  
 torum huic morbo proprium defendunt, nume-  
 randus venit, duas tamen hydropis hujus acuti  
 species distinguit, quarum alteram in adfec-  
 tione primitiva vasorum quaerit, cum  
 in altera primitivam encephali systematisque  
 nervosi passionem adesse contendit. Quid?  
 quod medendi ratio, quam in priori harum spe-  
 cierum ejusque stadio primo valde commendat,  
 hirudines nempe pone aures et fomentationes  
 frigidae capitis, evidenter demonstrat, et eum  
 de inflammatoria hujus stadii natura prorsus esse  
 devictum. Occurrit insuper hydrops ventricu-  
 lorum cerebri, qui lente evolvitur, chronice  
 decursum suum absolvit et motuum vividiorum  
 plane expers est. Huic speciei characterem non  
 inesse inflammatorium lubenter concedimus.  
 Denique medicus, etsi in primo stadio inflam-  
 mationis phaenomenorumque quantitatem, quæ

1) Untersuchung. üb. d. Natur u. Behandl. der verschied-  
 Art. der Hirnwassersucht. Stuttg. 1800.

ad characterem asthenicum quam maxime prona adprehenditur, inflammationem ignorat, quod eo magis accidere solet, quo minus ingenii acie, uberiori exercitatione et facultate diligenter observandi medicus excellit. Datur igitur stadium inflammatorium, acuto ventriculorum cerebri hydrope proprium et essentielle. Methodi mendendi, quae fere ab omnibus medicinae scriptoribus in hoc stadio commendantur, in eo conveniunt, ut excitantibus utantur. Perversam hanc esse methodum, naturae morbi bellum indicentem et aegrotis perniciem parantem, hanc opinione ducimur, eam sequentibus probare argumentis nostri erit.

1) *Conditio propria aetatis, cui morbus iste potissime est obnoxius, methodum contra excitantem prorsus repugnat.* Aetas infantilis in statu ipse normali majori eminent sensibilitatis gradu, quae reagendi facultatem s. spontaneitatem longe antecellit. Incitamenta mitiora fortissimorum instar saepissime agunt atque magnos excitant tumultus, quin convulsibilitatem istam perniciosam, infantes tot jugulantem. Egregie et secunde igitur cl. Hufeland (m), de morbis infantum optime meritis, iam monet:

m) Bemerk. üb. d. natürl. u. inoculir. Blattern, verschied. Kinderkrankh. u. s. w. 3. Aufl. Berl. 1798. S. 299 ff.

„Wir haben eben gesehen, daß die zu  
„große Reizbarkeit und Konvulsibilität oft ein  
„nen noch weit wichtigern Einfluß auf die Kin-  
„derkrankheiten haben, als die materiellen Ur-  
„sachen selbst, daß sie die größte Aufmerk-  
„samkeit des Kinderarztes verlangen, und daß  
„ohne diese Rücksicht oft die Hebung der Ur-  
„sache unmöglich, wenigstens sehr schwer ist.  
„Wir müssen immer bedenken, daß der gereizte  
„Zustand der Fasern hier ein Hauptgrund der  
„gefährlichen Zufälle ist, daß eben deswegen  
„bei Kinderkrankheiten die Wirkung gewöhn-  
„lich die Ursache weit übersteigt, und daß folg-  
„lich Milderung und Besänftigung des Reizes  
„hier schon so viel heißt, als zwey Drittheil des  
„Ganzen wegnehmen und die Natur wieder in's  
„Gleichgewicht, in das gehörige Verhältniß  
„zwischen Ursache und Wirkung setzen. — —  
„Bei Kindern, wo eine sehr unbedeutende Ur-  
„sache heftige Reizung hervorbringen kann, ist  
„Milderung der Reizung wirklich nicht bloß  
„symptomatische, sondern wahre Kausal-  
„kur u. s. w.“

Addendum paucis esse verbis non a re  
nostra alienum fore nobis videtur, ut capita  
omnia, quae in opusculo nunc laudato morbos  
infantium spectant, argumenti instar nostram  
probeant opinionem. Quae, cum ita sunt, fa-

cile intelliges, in tali morborum infantili conditione medicaminum excitantium usum omnino esse rejiciendum, quippe qui fonti malorum novam praebet ansam. Quod monuisse eo magis iuvabit, cum nostratum medicorum plures vix aliam in curandis corporis humani adfectibus methodum adhibent, quam excitantem; memores, ut cum Boerhavo Hoffmannas, Stahlius, Baglivius, Huxham aliique morbis maxime nervosis multo feliciter mederentur, quibus medicamentis terreis, mucilaginosiss, attenuantibus, blandaque tantum dieta utendum esse videbatur.

Sed altera adest insuper ratio, quae medicamina excitantia in stadio hujus morbi primo prorsus vetat: vasa enim cerebri sanguine superimpleta sunt. Secundum notam physiologiae et pathologiae legem incitamentum quaecumque partibus vividis admotum adfluxum humorum has ad partes promovet. Excitantia igitur in cerebrum ac nervos agentia congestionem augeant necesse est, qua causa instantis stadii hydropici mirum in modum augetur et exhalatio vaporosa (dunstförmige), quae parietes ventriculorum cerebri modo humectare deberet, in secretionem humorum, qui formam stillatitiam (tropfbarflüssige) induunt, abit. Haec, de qua locuti sumus, vasorum cerebra-

lium impletio in statu infantum sano etiam adest. Basis enim cranii majori pro parte cartilaginea ossificari, organa animae e massa mollis medullae cerebri consolidari, organa sensuum magis magisque elaborari debent, quem ad scopum quantitas sufficiens materiei organicae advehatur necesse est, e qua nisus formativus deficientia efformare possit. Denique evolutio progressiva, non interrupta facultatum mentis novarumque semper idearum et notionum impressiones incitamenti validioris munere funguntur, quo encephalum statum excitationis adhaerentis et congestiones promoventur. Organo autem, excitatione adhaerentis iam correpto, excitationis nova admoveere, quid, quaeso, huic methodo potest esse dementius!

2) Character hujus hydrophis pathologicus methodum excitantem recusat. Causa hydrophis proxima, qualis ille cunque sit, in eo inest, ut mala exhalationem inter et resorptionem humorum vaporiformium proportio versetur, ita ut effusionis gradus gradum resorptionis superet. Sed duae adsunt discrepantiae hujus relationis, quas probe et diligenter distinguere fas est, cum quaevis illarum rationem medendi propriam alteri toto coelo oppositam exigit. Quarum quippe relationum

prior eo conspicua est, ut exhalationis negotium adaucta arteriolarum incitatione excedat, cum vasa absorbentia munere suo in gradu normali fungantur. Hydropem tali ratione natum acutum deprehendes, seu febrilem, et hac sub classe ventriculorum cerebri hydrops, qui aetatem adgreditur infantilem, plerumque militat. Vera et rationalis indicatio in tali conditione rei exigit, ut adauctam arteriolarum serosarum vim vitalem diminuamus atque impetum in illas factum sopiamus. Methodo sedativa igitur et leniter debilitante, non excitante hic opus est, quae videlicet posterior causam morbi augere, non autem frangere valet. Quinimo in stadio inflammatorio hydropis, de quo disserimus, aqua nondum effusa est et nulla igitur adest ratio, propter quam ope excitantium systema lymphaticum ad absorptionem majorem stimuletur. Methodo potius debilitante et sedativa prohibebis, quo minus congestiones serosae ad orificia vasorum exhalantium dirigantur, quae effusioni aquae in ventriculos cerebri inserviunt et stadium secundum hydropicum efformant, quo efformato nullâ amplius medendi spes affulget. Altera discrepantiae inter exhalationem et resorptionem relatio in eo versatur, ut vasa exhalantia vi vitali tantum normali gaudeant et functione sua non abundant, cum reforbentia

contra aut obstructa sunt, aut torpore premuntur igiturque absorptionis negotium laequeat et humor vaporosus in colluviem aquosam colligatur. Haec hydropis species, quam chronicam seu torpidam vocare licebit, omnino excitante methodo eget. Hydrops autem ventriculorum cerebri, qui infantes adgreditur, rarissime indolis hujus observatur. Constat insuper, ut vis systematis lymphatici et glandularum in aetate infantili perquam vegetior sit, ac in adultis.

3) Naturae ipsius nutus, quos strenue sequi medici est, methodum excitantem, potissimum si in morbis infantum ad caput dirigitur, impugnant. Alma haec sapiensque medicatrix e contra semper allaborat, ut variis modis ac viis humorum seroso-lymphaticorum in capite congestorum abundantia a cerebro derivetur. Quem ad scopum adsequendum variis artificii utitur: modo enim fayum, crustam lacteam aliave exanthemata lympham plorantia erumpere jubet; modo vomitum diarrhoeamve ciet, aut salivatione, aut mictione copiosiori et crebriori rem absolvit; quos quidem motus salutiferos in infantibus saepissime observare licet. In errore igitur medici versantur, qui evacuationes derivantes antagonisticas in hac aetate abhorrent, timentes, ne debilitas inde nimia oriatur.

Quibus argumentis hucusque allatis non minus, quam repetita prudentique rei ponderatione motus cl. Balk, praeceptor venerandus, qui e quatuordecim infantibus hydrope cerebri correptis nec unum servare potuit, quia diu methodo excitante usus est, aliam incedere viam decrevit eamque tanta utilitate ingressus, ut hoc a tempore, cum modo stadio adhuc primo (inflammatorio) aegrotum adiit, ex undecim infantibus non nisi tres perdidit, e quibus unus iam in stadio secundo versabatur, alter vero vitio scrophuloso haereditario quam maxime erat maculatus. Methodum, qua vir laudatus utebatur, quamque auditoribus e cathedra communicavit, sequentem habeto: Prae aliis hirudines *iv-vj-viii*, prout constitutio aegroti postulavit, pone aures adplicavit, qua venaesectione topica praemissa vesicatorium vertebrae colli superimposuit; eodem tempore detonsis capitis capillis naphtha vitrioli vertici saepius adfundebatur, sinapismis senel suris superimpositis datisque enematis ex infuso florum Chamomillae, Aceto et Oleo paratis; interne omni triborio pulverem e mercurio dulci, herba digitalis purpureae et sacharo compositum sumi iussit; denique alvum leniter duxit. Phaenomena in hydrope isto frequentia, quae saburram verminosam mentiuntur (n), ad

n) Confer. Wichmann l. c. §. 96. 97. Quin et al.

usum purgantium invitare videntur; verearis absit, ne vires inde nimie frangantur, cum istam intestinorum colluviam pituitosam, tubo huic torporem induentem, causam habemus veram, e qua sensorium incitabilitate abundat. Methodi hujus ope res Balkio ita processit, ut stadium morbi secundum, seu aquae in ventriculos effusio, averteretur.

## C a p u t II.

*De erroribus, qui in dijudicatione et medela febris nervosae acutae committuntur.*

Selle primus fuit, qui febres nervosas proprio ordine, atactarum sub nomine, collegit easque in tria genera dispescuit; in acutam nimirum, in lentam et in malignam s. contagiosam (o). Ceteri ante illum scriptores modo nomine febris catarrhalis malignae, modo putridae, pestilentialis, phreniticae e. s. p. hunc febrium ordinem pertractarunt. Nec proprium his febribus inesse characterem, qui ad medendi rationem faceret, medicis temporis pristini vi-

o) Rudimenta pyretologiae methodic. Berolin. 1775.

debatur. Schola Browniana, et quae excitationis theoriam confitebatur, sub nomine generico febris asthenicae hoc aegritudinum genus complectitur. Reilius denique (p) et nuperzime amicorum quidam, Schulz (q), discrimen adesse memorabile inter febres vasorum febresque nervorum, uberius evidentiusque exposuerunt. Quod ad opiniones scriptorum de causa febrium nervosarum proxima et remota attinet, tot fere sunt sensus, quot capita. Nec aliter res fieri potuit, cum febris natura in genere ita est abscondita, ut hypothesium operem istam explicare tantum liceat. Tantas dirimere lites nostri non esse censuimus eamque ob causam criticen theoriarum harum premimus silentio. Si denique remedia respicis, ad medellam febrium nervosarum lucusque commendata, excitantium e classe omnia esse desumta invenies. Jure vero miraberis, ingentem eorum catalogum omni sine ordine et judicio logico practico medicorum tironum usui esse oblatum, quasi unum esset idemque, an Infusum Valerianae, an Camphora, an Moschus, an Tinctura cantharidum aut Tinctura opii aegroto propinetur.

p) l. c. I. Th.

q) Diss. de differentiis, quae inter febr. vasor. easque nervor. intercedunt. Dorpati MDCCCLX.

Egregio igitur iam laudatus praeceptor, cl. Balk, discipulis suis et arti consuluit, qui in praelectionibus de therapia speciali morborum acutorum, cum de ratione agit, qua febribus asthenicis in genere medendum sit, catalogum remediumum criticum e cathedra auditoribus impertit, docens, quaenam conditiones peculiare, hoc exposcant medicamen, aut illud. Haec vera est methodus et rationalis, medicinam faciendi, cum prior, qua scriptores uti solent, tabernae fortunae experiundae non est absimilis, e qua casus modo fortuitus sortem felicem ducit aut infaustam. Accusandae hoc ob vitium quidem sunt tenebrae, quibus physiologia et pathologia premitur nervorum, nec non hypotheses arbitrariae et vaniloquae, quarum ope rem istam perspicuam reddere molimur. Etiam si vero cognitionis nostrae tenuitas amplificationem finium scientiae quodammodo prohibet; tamen aditum ad veritatem non prorsus nobis esse negatum arbitramur. Sin vero aedes illius sacrae adiri non possent, eo magis erimus objurgandi, cum intelligentiae nostrae lacunas hypothesis vanis implere machinemur. Tali potius in rerum angustia medici veri officio is probe defungitur, qui, neglecta omni artis ope ancipiti eademque periculosa, naturae medicatrici aegroti credit

salutem, nec illam efficientia irrationali vacillanteque turbat. De eo enim cl. Balkio persuasum est, ut veritatem facilius adsequeremur atque certius, si modo diligentius observaremus observataque curatius ac religiosius sibi invicem comparare vellemus; cum e contrario absconditissima naturae enigmata momento temporis solvere opinamur, ac, si solvere non liceret, nimis impatientes hypothesin fingimus, quae res modo tolerabili explicari potest, quam insuper hypothesin, admiratione sui nimia ducti, examini diligentiori non submittentem, pro veritate venditamur atque rationem agendi illi superstruimus.

Ut vero penitiorum morborum nervosorum cognitionem adipiscamur, quatuor, ni fallimur, patent viae.

1) Anatomie accuratior et comparativa cerebri, medullae spinalis gangliorumque tum hominis, tum brutorum, qui morbo non nervoso moriebantur cum cadaveribus illorum, qui ejusmodi morbis jugulati sunt. Comparentur insuper differentiae functionum nervorum in animantibus diversi generis, diversae aetatis,

---

diversae constitutionis physicae et psychicae. Neuroencephalotomiam inusitatae justo minus esse exultam, quis est, quin contendat. Res vero haec argumenti gravissimi ea sola e causa neglecta est, quod medicis plurimis videatur, cognitione perfectioni et penitiori fabricae corporis humani illis non opus esse.

2) Examinentur diligenter cadavera eorum, qui morbis nervosis vari generis demortui sunt. Caveas autem, quaerimus, ne nimis propeere concludas, eaque statim pro vera morbi causa habeas, quae prima cultro anatomico se offerunt. Materias potius successoribus colligas, qui idem pertractare objectum forte vellent. Qui, amore sui ipsius nimio impulsus, ex iis, quae illi occurrunt, confestim monumentum sibi condere cupit, arcem plerumque in aethere extruit. Ad sit necesse est, qui rei indagandae initium faciat; millibus vero observationum egenus, cum legem naturae eruere aut constitutere volumus.

3) Examen chemicum diligens et providum medullae cerebri nervorumque abnormis ad rem faciet. Veremur vero, ne arte producta pro eductis habeas.

Examini huic etiam omnia submittenda sunt, quae stadio morbi decrescentis, criseos aut metaschematismi e corpore ejiciuntur.

4) Omnes stimuli, tum extrinsecus in corpus agentes, tum in organismo ipso nati, physici aequae ac psychici, qui morbi initium, evolutionem crisinque praecedebant, sapienter ponderandi sunt.

Cl. Balk febres nervosas in duas tantum species dispescit: in acutam atque lentam. Quae Typhi contagiosi aut febris nervosae malignae nomine scriptoribus audiunt, non nisi varietates nervosae acutae sunt, complicatione aliave causa mere accidentali a forma solita aberrantes. Jure, ut nobis videtur, vir iste laudatus eos objurgat medicos, qui in curandis febribus nervosis, potissimum acutis, modo excitantibus iisque validissimis utuntur. His enim praeter normam iam adaucta sensibilitas majorem augetur in gradum, stadium debilitatis prolongatur, oriturque ad morbos chronicos asthenicos opportunitas. Balnea e contrario tepida atque clysmata, e plantis, vi sopienti s. sedativa blanda praeditis, parata, medicamina illi sunt primaria. Ejusmodi enim remedia seditio-

nem organorum nervis maxime abundantium, cutis videlicet tubique intestinalis, egregie sedant; et quinam sit harum cum cerebro partium consensus, medicorum neminem fugit. Insuper haec balneorum biga electricitatem caloricumque nimis accumulatum derivat materiasque imbibit gasiformes, quae omnia Balkio causae valent primariae seditionis memoratae nervorum. Idem praeterea nutrimenta blanda, mucilaginosa, involventia, nec non perspirationis atque excretionis lotii promotionem moderatam commendat, quibus quippe viis natura ipsa materias nocentes aut forma illis propria, aut in materiam urinosam (Ureæ) mutatas ejicit. Praesentiam materiarum causticarum in ejusmodi febribus exanthemata urentia, miliaria, odor perspirationis ammoniacalis, quibus natura crasium instar utitur, demonstrant.

---

### C a p u t III.

De erroribus, qui circa dijudicationem et medelam febris lentae nervosae committuntur.

**P**auci sunt morbi, quorum diagnosi tot impedimentis est munita, ita ut medicum oportet

esse versatum atque attentum, qui veram morbi naturam statim in initio ejus habeat perspectam. Neque minus magna profecto providentia, dijudicatione, ponderatione atque patientia sapienti opus est, si medelam febris hujus adgreddiamur. Opinionum scriptorum de sede, natura adque apta morbo huic medendi ratione tanta est varietas, quanta errorum multitudo. Quorum praecipuos in medium protulisse ad rem nostram faciet.

1) Ratione sedis morbi. Saunders cerebellum prae aliis adfectum esse partibus credidit (r). Vias primas, potissimum autem glandulas mesentericas, pro vera morbi sede habuit Sims (s), qui lentam nervosam cum febre pituitosa simul commutavit, cui nervosa lenta, monente Balk, maxime est affinis, ita ut ex ea oriatur inque eam transeat (t). Permutationis ejusdem reum cl. Glafs (u) apprehendimus. Home, observatione in se ipso instituta deceptus, sedem morbi in cerebro esse

r) Demiani Adversaria de febr. lenta nervos. Rheumatism. et hydrop. Lips. 1777. pag. 11.

s) Malad. epidem. pag. 167.

t) Auszüge aus dem Tagebuche eines ausübenden Arztes. Libau 1796. S. 157 ff.

u) Comment. de febril. Amstell. 1743. pag. 94 sequ.

opinatur, quod leviter inflammatum sit (v). Carelson nervorum vasa accusat, quod medullam male nutriant (x). Huxham lentorem et visciditatem humorum serosorum causam esse credit igiturque morbum vasis serosis insidere contendit (y). Nostri non est, criticen opinionum harum hoc adferre loco; id modo addendum videtur, ut cl. Balk (z) sententiae Carelsoni calculum suum adjiciat morbosamque insuper in cerebro nervisque secretionem adesse opinetur.

a) **Ratione naturae morbi.** Frequentissime febris hæc cum febribus putridis atque catarrhalibus malignis permutata est (aa). Balk de eâ se convictum esse dicitur — febrein nervosam lentam plerumque e catarrho ad statum inflammatorium accedente oriri, cum modo morbus iste in tempus cadat, quo genius stationarius aut epidemicus nervosum characterem

v) Medical facts and experienc. pag. 4.

x) Dissert. Symptomalog. et aetiolog. febr. lent. nerves. Goetting. 1782.

y) Oper. physic. medic. Tom. I. pag. 163 sequ.

z) l. c.

aa) Confer.:

Huxham l. c. Tom. II. pag. 77 sequ.

Pringle Mallart. delle Armat. P. III. Cap. 6. pag. 220 sq.

Burferius Institut. medicio. practico. Vol. I. §. 279.

servat. Non verum hic adesse vitium defectum, sed suppressionem tantum, quam debilitatis directae seu putativae nomine novimus, tum phaenomena, quae nervosam lentam comitantur, tum infaustus methodi excitantis, si excedat, exitus luculenter testantur.

### 3) Radione medelae.

- a) A plurimis in eo peccatur, ut methodum excitantem et diaphoreticam nimis tempestive, in primo nempe morbi stadio, graduque nimio et justo magis protrahendo adhibeant. Naturam cogere periclitantur, ut morbum breviori tempore solvat, ac ejus decursus legitimus patiat. Qua ex causa medici juniores, quibus festina lente istud non in promptu est, male plerumque aegrotis hac febre correptis consulunt.
- b) Ad morbos praegressos, aut opportunitates peculiare medici justo minus respiciunt, quae tamen momenta in natura, grada, complicatione hujus febris rite judicanda inque convenienti medendi curatione maximi sunt ponderis.
- c) Neque minus respicere negligimus, quaeenam systemata morbo hoc prae aliis adhi-

ciantur, atque quo ordine quodvis illorum remedium topicorum auxilio in statum normalem reduci queat ac debeat.

- d) Quaeenam ex aliis eligenda sint remedia peculiariora e catalogo excitantium? qua ratione vis eorum et efficaciae gradus rite augeatur aut diminuatur? quod tanti momenti est in casu quolibet singulari — harum notionum respectum prorsus fere negligere consuevimus.
-